



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

57 Sadoc Azoris Filius. Echo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

De Cœli Archivis transcriptum, cum redivivo Messia re-  
vixit.

Itaque ut *nemo* viderentur Eliacim & Azor,

Anomalos se nuncuparunt silentio.

Perhibe hoc dogma Viator. *Amanesciri.*

Fulminat invidia quostonat Fama. Ah nimis multa.

Pulverem sparge, atque abi. Tegi isti volunt, non legi.

## SADOCHE

### AZORIS FILIUS.

#### ECHO.

O verbosæ Famæ Laconica Mima, Echo :

Quæ in hac speluncâ, inter Sadoci pulveres, exanimis vivis:  
Nostri ne tanti Viri coætaneum Alexandrum? *Andrum.*

Argutè in fastuosum græcissas;

Debuerat, nomine teste, hominem se noscere, non Deum.

Orbem tamen implevit Alexandri nomen. *Omen.*

Nimirum uterque Alexander Asia omnis.

Sed alter Græciam in Asiam, alter Asiam in Græciâ rapuit.

At unde illi Propago? *Pago.* Pellâ videlicet oppidulo,

Unde mirer angustum fuisse orbem, tam anguste nato.

Strenuum tamen Genitorem jactat Philippum. *Lippum.*

Verbo dicas. In Patris oculo legi poterant Filii mores.

Quid enim gigneret exoculatus, nisi Cupidines?

Cæca illum sanè furiabat ebrietas. *Ætas.*

Crudam inquis juventam, cui violentia & vinolentia.

Qualis igitur Græciæ vox fuit,

Cum primum Classicum inflavit Macedo? *Cedo.*

Mirum ni furenti Filio cederet Patria.

Jam qualis contra Syriam adventus? *Ventus.*

Sanè ventus: nam celeritatem comitante ruinâ,

Vi & raptim dominatur. *Minatur.*

Sic est. Victoriarum helluo, bella serens ex bellis,

Dum captis dominatur, minatur capiendis.

Nam vix Tyrum potitus, ferro destinat Hébraeos. *Reos.*

Reos: nam commicatus ei denegaverant, qui poterat capere,

Quid agerent ergo Sabbatarii,

Adverso Numinis militarent? *Litarent.*

Id actum. In vota & expiations itum.  
 Sed age: quidnam litando fragrantius thus: *Iusfas*,  
 Sadoci nimirum lacrymæ: nam Sadoc justum sonat,  
 Hic ergo solivagus lacrymis pro thure substitutis,  
 Iratum demulxit Numen plorando. *Orando*,  
 Benè. Nam disertus Orator est, deserti fletus,  
 Sed interim portas attigerat Magnus. *Agnus*.  
 O Prodigia! Jaddi Pontificis occursu,  
 Alexander agnus fit ex leone.  
 Nam fulgurante JEOVÆ nomine hebetatus  
 Substitut ad eximiam frontis notam. *Notam*.  
 Pridem notam. Nam quiescenti monstrata, victoriæ  
 sponderat.  
 Itaque terram petens Vatem adoravit Judæum. *Deum*,  
 Immò. Nam certum Numen in Vate vidit.  
 Quid ergo pretii tulit Deum naëtus patronum? *Thronum*,  
 Meruit inquis, Imperium Persicum Græca pietas.  
 Sed dum Orbis opat, Orbem amittit,  
 Et ille Magnus sepulcrum subiit exsile. *Sile*.

---

## ACHIM SADOCI FILIUS.

### VICES.

Tu quoque modestissime Achim,  
 Taciturnæ humilitatis proposito latens,  
 Ingenti hac virtute virtutes omnes operuisti;  
 Ut nemo vixisse te sentierit,  
 Haec tamen unam, quâ cæteras tegis, numquam tegi  
 Cùm hoc ipsum apparet, quod non apparet,  
 Nec latuit tuum cœtè sæculum:  
 Quo fortuna, dulcibus acida intermixens,  
 Alternis risit, ac flevit;  
 Ut nec gaudia continere posses, nec lacrymas,  
 Anflevisti hoc prium, quod annuente Alexandro,  
 pontifex Manasse, Samaritanū Antitemplum dicavis  
 Potuit discordiæ Templum vocari.  
 Ubi vota votis, & victimæ victimis adversa;

Sion